



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

38. Feria 4. De perserverandi desperatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

MEDITATIO XXXVIII.

Feria 4. Domin. 4. Epiph.

De perseverandi desperatione.

Videbo quartum scopulum naufragantium in via Domini, desperationem perseverandi. Petam intelligere hoc periculum, & evitare.

Conf. 1. Quomodo turbet hæc tentatio maximè eos, qui necdum consueverunt, nec satis in promptu habent recurrere ad orationes, refugere ad meditationes sanctas, ut sic releveretur pondus diei, & astus, ita D. Bernar. in Psal. *Qui habitat.*

Conf. 2. Quomodo juvandi sint sic periclitantes. 1. contemplatione miseriarum imperfectorum, quas evasisse lætitiâ non gemitum creare deberet. 2. considerando pœnas seculi, quibus belli duces plectunt militiæ desertores: sic meritò talibus Christus faciet. 3. Videndi infelices eorum eventus, qui à perfectione vel religione discesserunt. 4. peccata in memoriâ revocanda, pro quib⁹ pœnitentiâ agēda. 5. meditanda passio Christi.

Conf. 3. Conandum viriliter & heroicè aliquid contra tentationes, quibus victis suavissima animo pax nascetur; nam sine heroicis resolutionibus vel me non patietur perfectio, vel ego illam: Quod si tulero, victor meî perseverantiam obtinui.

ME